

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ipocrisis ao
cum fonte primo

Item super illud, *Plusquam scribarum*, Chrysostomus:

Non iniquorum, quia non ei,

quae non erat comparasset illam justitiam quae erat:

plus enim et minus eiusdem generis sunt.

Ergo scribae erant justii. Responsio. Talis justitia erat apparens:

unde non ei quae non erat, idest quae non esse videretur.

Plusquam Scribarum et Pharisaeorum: quia justitia horum erat

in praesumptione suae actionis, et in iudicio alterius;

sicut patet de illo Luc. xviii, 12: *Jejuno bis in sabbato*.

Secundo, quia erat in ostentatione operis, non in rectitudine intentionis.

Tertio, quia erat in lotionem, et exteriori munditia, non in opere.

Quarto, in afflictione corporis per jejunia, et non in mandatorum observatione.

Quinto, quia erat in minoribus observantiis, relictis gravioribus legis.

Phariseorum iusticia erat

in ostentatione operis, non in rectitudine intentionis,

in locutione, non in opere,

in corporis afflictione, non in mandatorum observatione,

in minoribus observantiis, relictis gravioribus legis.

Crisostomus super illud Matthei V.:

Nisi habundauerit iusticia uestra et cetera.

Petrus de Scala, *Inserta in Thomae de Aquino lectura super Matthaicum*, 5.7

(*Thomae Aquinatis Opera Omnia*, S.E. Fretté ed., Paris, 1876, vol.19, pp.315b-16a).